

Petri ad vincula, per nostros fideles consiliarios placitatas, seruare et tenere debeamus in perpetuum et inuiolabiliter, cum effectu promittentes firmiter in his scriptis, quod dictum dominum regem Suecie, regna, terras et dominia sua, nunquam de cetero hostiliter inpugnemus, et specialiter Allemannis, vel aliis quibuscunque ipsum dominum regem Suecie, regna terras et dominia sua inpugnare volentibus, vel inpugnantibus, auxilium aliquod inposterum, contra dictum dominum regem Suecie, seu in preiudicium suum facere vel inpendere nullatenus debeamus. Ad premissa omnia et singula inuiolabiliter obseruanda, tenore presencium nos firmiter obligantes. In quorum omnium euidenciam et certitudinem firmiorem sigillum nostrum vna cum sigillis venerabilis patris [...])* presentibus duximus apponendum. Datum 1343.

3723.

1343 d. 3 Aug.

Ö.

HARALD HÅKANSSON bortbyter, med sin sons bifall, till S. Martini nunnekloster i Skeninge sin gård Ryd i Järnsås socken, mot det gods i Klefva i Westergötland, som han vid sin dotters Ragnilds inträde gifvit klostret.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes Litteras inspecturis. Haraldus Haqunsson. Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volo omnibus euidenter. quod Curiam meam Rydh parrochia Jerpsnes. cum omnibus adiacencijs infra sepes et extra. procul vel prope positis. ex consensu et beneplacito dilecti filii mei. domini lynyardi. religiosis personis, sororibus apud sanctum Martinum skæningie. ordinis predicatorum. Titulo concambii. loco honorum Cleuæ dictorum in vestgocia. que primo eisdem racione ingressus dilecte filie mee Ragnildis. assignaueram. dimitto et deuto jure proprio et possessorio pacifice possidenda. In Cuius rei testimonium. sigillum meum vna cum sigillo predilecti filii mei domini lynyardi predicti. duxi presentibus apponenda. Datum in Curia mea. øø. dicta. Anno domini. Millesimo Trecentesimo. Quatragesimo. Tercio. In inuencione beati stephani prothomartiris.

På frånsidan: Rydh parrochia Jærpsnes i smalandh.

Sigillen: N:o 1, Harald Håkansson's (skölden klufven, till h. lilja, till v. två snedbjelkar); N:o 2 borta, remsan kvar.

3724.

*) Ursprungligen har varit skrivvet: »venerabilis principis» som sedan blifvit ändradt. Afskrifvaren har här, så som i sina öfriga afskrifter, uteslutit namnen på de personer, hvilka genom sina sigill eller afgifna förbindelser bekräftat Konung Waldemars löften.